

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthvsiani, Natione Bavari,  
Opvscvla Spiritvalia**

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, 1630**

Scopus monasticæ vitæ quis quid de monasterijs, eorum regulis, vestitu, cæterisq[ue] eorum cœremonijs sentiendam sit. Epist. XL.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45857](#)

tem erroribus ac timoribus superuacuis perturbat vt reddat inquietos. Multi pro dolor id genus diaboliciis fraudibus implicantur, & quamvis bene habent, ac recte cum ipsis agatur, tamen nunquam pectoris pace gaudent, eo quod nimium auscultant dæmonum susurrijs, quibus eos perturbare moluntur. Sed hac in parte felices admodum sunt, qui proprijs non audent fidere viribus, nec suis se consilijs committere volunt, atque ea re configunt ad superiores suos, eisq[ue] aperiunt tentationes suas, & eorum consilijs simpliciter aspergunt. Quod & tu facias fili mi, & breui ad pectoris tranquillitatem pertinges. Noli obsecro nimium tibi ipsi credere, sed potius ex aliorum consilijs pendreas, id enim humilitati magis consentaneum est. *Humilibus autem Iacob 4. Deus dat gratiam, & qui se humiliare norunt vix possunt vnuquam in periculum incidere. Obsecro te, affluescas libertatis spiritus, neque semper seruias cū filijs Israel in Aegypto in durissimo opere lutii & lateris. Timeant qui timere nolunt, qui semper voluntur in fôrdibus vitiorum suorum. Tu verò fili mi iam age spe meliori concepta confidas Deo tuo, qui te vocauit & extraxit ex hoc seculo nequam, vt post momentaneos huius miserae vitæ labores cum ipso semper felix viuas in regno cœlesti. Vale fili in Christo charissime.*

*Scopus monastice vita quis fore debeat: quid de monasterijs eorum regulis, vestitu, & teruig, eorum ceremonijs sentiendum sit.*

### Epistola XL.

FIOANNES IVSTVS LANS PERGIVS, CARTHVS.  
fi ijs charissimis Christi tyronibus monastici spiritus diuinatq[ue] ch-  
aritatis incrementum.

**A**spirantibus vobis charissimi ad vitam monasticam pauca quædam de eadem scribere volui contra hæreticorum calumnias, qui putant superuacanam, imò & impiam eam esse: qui vt amentes contemnendi sunt. Num irum Dominus noster Iesus Christus saluator & legifer noster, interroganti se quandoque quod magna-  
tis mandatum in lege, respondit: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex omni virtute tua.* Hęc est summa perfectio & scopus legis Euangelicae. Pro huius præcepti obseruatio scripsum, quæcumque scripta sunt. In huius præcepti obseruantia pendent lex & prophetæ. Propter huius præcepti obseruantiam statuta Ecclesiæ, statuta Regulæ monachorum, & breuiter quæcumque ordinaciones in Ecclesia fuerint, propterea ordinata sunt, vt huius præcepti perfectionem assequamur. In hoc præcepto sumus omnes & plebei, & sacerdotes & monachi & communiter ois Christiani. Qui huius præcepti perfectione fuerit assecutus, nō opus est illi vt monasterium intret. Si quidem nihil refert domi aut foris, ruri an in urbe, in nemore vel monasterio vitam agat, & perinde est illi nigris an albis induatur, quisquis Deum hoc modo perfetè dixerit.

Regulæ igitur monasteriorum non contra Euangeliū, sed ex Euangeliō instituta sunt: nec sunt secta diuidentes à Christo, sed sunt monita & præcepta sump-  
tiones urgentes ad Christum, & ad obseruantiam huius præcepti pte.

Consiliorūq; Euangelicorū propter Christū & à Christo doctore institūtū  
Obijciant iam nobis pseudo euangelici, id est. Lutherani. Nihil Christus  
de cucullis docuit. Verum esto, nihil de cucullis locutus sit: pari modo nihil  
de rugatis camisīs, de scissis tunicis, de pileis seu birretis locutus est.

Monachi si propterea fatui sunt, quia simplici ueste sunt contenti, & res  
colore vnaquā formā à multis annis: quām illi planē dementes sunt, quia tan  
portentosis ac lascivis vestibus: quanto maior autem hęc monacho  
rum prudentia atque modestia, quam hominum seculariū, qui singulisque  
annis sunt fatui, id est, ueste suam umenti p̄ modum permutant  
Christus non docuit cucullum seruare, docuit tamen ea quæ iij, qui portant  
cucullum, tenentur obseruare. Nec propterea quod ferunt encollum mon  
achi sunt Christiani aut Euangelici: qui ideo tantum sunt monachi, ut germe  
nē sint Christiani & Euangelici.

Verū nihil de ueste dil̄putetur, quae aliud non est, quām religionis &  
tatis indicium, ut eum qui hanc fert admoneat deuotionis, pietatis, sobri  
tatis, continentiæ, humilitatis, aliarumq; virtutum: quæ faciunt monachū  
Vestis enim non facit sed ostendit monachum. Continentia, verò sobriet  
carnis castigatio, mundi abstractio, viatorum mortificatio, hęc sunt quæ  
ciunt monachum. Si igitur non secundūm carnem vixeris, sed secundūm se  
ritum, si facta carnis atque desideria spiritu mortificaueris, si teipsum, id est  
tua desideria pro Dei voluntate ac beneplacito abnegaueris, si Deum absolu  
laudaueris, tunc dicitur monachus, id est, perfectus us Christianus, Mon  
achum enim esse, est esse perfectum Christianū: quia prima vita Christiatio  
rum & Apostolorū fuit sicut modo est vita monachorum, quemadmodum  
luce clariū manifestum est in Actis Apostolicis.

Hęc itaque, id est, mortificationem viatorum, carnis, & mundi contemp  
tum Christus docuit non solum monachos, sed & omnes Christianos. Om  
nibus dixit: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem sua  
quotidie & sequatur me. Item: Si quis venerit ad me, & non odii patrem, & mari  
& vxorem, & filios, &c. non potest meus esse discipulus. Omnibus quod ante cor  
memorauit dixit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima  
tua, & ex tota mente tua.

Propter hoc igitur præceptum ut illud faciamus, & finem præcepi alle  
quamur, monasteria instituta sunt. Non quod in seculo nemo possit allequi  
sed quod paucissimi & difficillimè assequantur. Nemias enim sunt irritanta  
ta & laquei retrahentes, nimisq; occasions delinquendi. Pro quibus evitandis  
fuga sola & abstractio (cui monasteria seruunt) est necessaria. Nam qui ad  
charitatis perfectionem anhelat, necesse est ut à contrario, id est, à mundi ac  
proprio amore abstineat. Quanto enim plus seipsum aut mundum diligit,  
 tanto minus diligit Deum. Propterea scriptum est: Qui vult amicus esse for  
mam, inimicus Det constitetur. Item: Amicitia huius seculi, inimica est Dei.  
 Christus: Qui vult post me venire abneget semetipsum: & tollat crucem suam quo  
tidie, & sequatur me. Et: Qui amat animam suam perdet eam: Qui igitur vult ha  
bere amorem Dei necesse est ut careat amore sui, & amore seculi.

Et quid est seculum? Hęc quæ videmus audimus, sentimus, gustamus, tan  
gimus. De quibus Ioannes: Omne quod est in mundo aut est concupiscentia oculi  
vill.

Cucullus  
monachorū  
quo spectet.

Monachum  
quænam re  
vera efficiat.  
Rom. 8.  
Monachum  
esse quid sit.  
Act. 14.

Luca 9.  
Luca 14.  
Matt. 22.  
Mat. 11.  
Luc 10.  
Monasteria  
cur sint in  
stituta.

Jacob. 4.  
Ibidem.  
Luca 4.  
Ioan. 12.  
  
Seculum  
quid sit.

rum, aut concupiscentia carnis, aut superbia vita. Hæc tria itaque sunt mundus, <sup>1. Ioan. 2.</sup>  
qui oportet in nobis extirpari, & ita abrenunciamus mundo. Contra hæc <sup>Vota mia</sup>  
tria status religionis opposuit tria vota monastica. Contra concupiscentiam <sup>monastica</sup>  
carnis castitatem contra concupiscentiam oculorum, id est, contra cupiditas <sup>quo pertine-</sup>  
rem paupertatem: contra superbiam vitæ, id est, contra appetitum domi-  
nandi obedientiam atque subiectionem.

His tribus virtutibus, quas Christus docuit & verbo & exemplo, vincitur  
expugnatur q̄ mundus. His tribus efficitur quis monachus & religiosus. His  
tribus alijsq; virtutibus acquiritur amor Dei perfectus.

Vos itaq; charissimi filij, vt speramus, spiritu Dei admoniti, desideratis  
vos Deo offerre in seruitutem atque in perpetuum sacrificium. Nec vultis il-  
lum uno solo die, sed omni vita diligere: nec tantum diligere, sed perfecte,  
quemadmodum docuit diligere, id est, ex toto corde, ex tota anima, ex tota  
mente. Propterea experitistis vehementi desiderio ac prece recipi in societate  
nostram quibus cum una Deo miliretis.

Nemo potest non commendare hoc vestrum tam salutare propositum.  
Sed quod feruenter petitis, debetis fortiter prosequi, nec yllis frangi aduer-  
sis casibus, nulli labore succumbere, nulla tentatione superari. Non satis est  
benè cepisse, sed adhuc oportet perseverantia, quæ <sup>Lucæ 11.</sup> sola reportat iustitiae coro-  
nam: quam vobis Dominus Iesus dabit patentibus, pulsantibus & querenti-<sup>Ioan. 16.</sup>  
bus, sicut ipse pollicitus est. Viriliter agite & confortetur cor vestrum filij  
longè charissimi, & semper optimè valete.

*Vt quisq; sinceriter simpliciterq; ambulare erga proximos debeat: opera nostra cuncta  
quenam ad scopum dirigenda: puritas simplicitasq; animi quo pæco obtineri  
possit.*

### Epistola XLI.

F. IOANNES IVSTVS, LANSPERGIVS, CARTHVS.

Confratri suo Charissimo N. niti quotidie ad interiora, & benè  
quidem de proximo, humiliter autem sentire de seipso.

**S**uscit tibi dilectissime frater, ad oēm iustitiam, vt secundūm Deum,  
secundūm voluntatem præsidentis, & secundūm conscientiam tuam  
recte facias, & amplius ne requiras neq; timeas, sed omnes cogitatio-  
nes aut curas inutiles abscede, quæ te sollicitum faciunt pro cogi-  
tationibus aliorum, id est, quæ sic incident: iam fratres scandalizā-  
tur, iam hoc cogitabunt & ita suspicantur, &c. quæ communiter homini ex  
superbia veniunt, id est, ne displiceat, ne iudicetur, ne ab alijs malè de se sen-  
tiatur. Humilis enim si recte egerit non timer aliorum suspiciones. Si enim  
dū cogitaueris, & omnia opera tua in oculis aliorum rectificare volueris, &  
de omnium cordibus suspiciones auditere te posse existimaueris, multūq;  
erras, in vacuum laboras, te ipsum turbas, & viam qua tenditur ad humilita-  
tem & proprij contemptus desiderium, præcludis. Nunquid omnibus cogi-  
tationibus tuis aliorum sensus & corda mutare potes, vt quod sentiunt non  
sentiant, quod cogitant, non cogitent? Non dico hæc, vt fratribus tuis sea-  
dalum

